

Año 47.

Jueves 15 de Febrero de 1900

Núm. 4.^o



BOLETÍN ECLESIÁSTICO DEL OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Carta de la Nunciatura participando la concesión del Jubileo del Año Santo á la Real Familia de España.—II. ACTA SANCTAE SEDIS.—De la S. R. V. Inquisición: *a) Utrum locus sit privilegio paulino, quando pars infidelis vult converti, sed non vult cohabitare cum conjugे converso. b) Non valet matrimonium celebratum coram parochio non proprio, ex delegatione parochi proprii, quando loco unius ex nupturientibus, ab isto designatis, alias substituitur. b) Circa usum margarinae, que est butyrum artificiale.*—De la Sag. Cong. de Ritos: *Circa anniversarium pro defuncto Episcopo.*—III. Real orden del Ministerio de Gracia y Justicia sobre derechos á prebendas de los Profesores de Religión de los Institutos.—IV. Necrología.

NUNCIATURA APOSTÓLICA DE MADRID

le Febrero de 1900.

EXCMO. É ILMO SR. OBISPO DE SALAMANCA.

Muy Señor mio y venerado Hermano de mi más distinguida consideración: Habiendo acudido S. M. la Reina á nuestro Santísimo Padre en solicitud de que se hiciese extensiva á

España la gracia del Jubileo del Año Santo, Su Santidad, dando una nueva prueba de su especial afecto á Sus Majestades y á la Real Familia, se dignó, con fecha 12 de Enero último, dirigir la siguiente carta á la Augusta Soberana:

“Entre las dotes que adornan á V. M., y que tan merecidamente le atraen nuestra especial benevolencia, han sido á Nos particularmente gratos sus sentimientos de profunda piedad y sincero afecto á las santas prácticas de nuestra Religión, y de esto Nos ofrece una nueva prueba la carta que V. M. Nos dirigió el mes pasado, exponiendo su vivo deseo de participar de los preciosos beneficios del Año Santo, al mismo tiempo que el común de los fieles puede alcanzarlos en esta nuestra Ciudad; siéndonos por todo extremo satisfactorio el poder condescender con su piadosa aspiración, y teniendo en cuenta lo concedido por nuestro predecesor Benedicto XIV á los Reyes de España, Nos otorgamos á V. M. y al Rey vuestro Augusto Hijo, que puedan, en el curso del presente año, ganar singularmente la indulgencia del Jubileo por Nos concedido y gozar todas las gracias y favores anejos al mismo.”.

A continuación expresa los actos piadosos que deben realizar SS. MM. y las contadísimas personas de la Real Familia, á quien puede hacerse extensivo este privilegio para ganar las gracias que por el mismo se otorgan, y termina anunciando que para el resto de los españoles y para los fieles del mundo entero concederá el Jubileo el año próximo.

S. M., profundamente reconocida á la especial gracia que Su Santidad le concede, inspirándose en el espíritu de las disposiciones dictadas con motivo análogo por el Pontífice Benedicto XIV, y á fin de que este privilegio redunde en mayor esplendor del Jubileo y edificación de los fieles, se digna comunicármelo, y yo, á mi vez, tengo el gusto de participarlo á V. E. para su conocimiento é inserción en el *Boletín Eclesiástico*.

Aprovecho gustoso la oportunidad para repetirme con el mayor aprecio de V. E. muy atento seguro servidor y afec-

tísimo Hermano, q. s. m. b., † ARISTIDES, *Arzobispo de Heraclea*, Nuncio Apostólico.

E S. R. UNIV. INQUISITIONE

I

**Utrum locus sit privilegio paulino, quando pars infidelis vult
converti, sed non vult cohabitiare cum coniuge converso**

Beatissime Pater:

Superior Missionis N. N. ad S. V. pedes provolutus, ex ponit prout sequitur.

Vir aliquis, cum nondum baptizatus erat, junctus est matrimonio cum muliere et ipsa gentili. Postea vir baptizatus est. At propter rixas continuas dereliquerunt cohabitationem. Vir christianus asserit se numquam mulierem hanc voluisse sibi sumere in voluntate uxorem. Haec adhuc gentilis, et baptizari desiderans, ad virum redire non vult. An licet in his adjunctis, dum mulier baptizata nondum est, viro nubere aliam? Hanc quaestionem S. V. humiliter submitto.

Feria IV, die 26 Aprilis 1899

In Congregatione Generali ab EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto; idem EEmi. ac RRmi. Patres respondendum mandarunt:

Curet Superior Missionis totis viribus, ut compositis iurii ac dissensionibus, coniuges iterum uniantur et pars infidelis convertatur. Si autem ipsa renuat culpa viri converti, hunc adigat, etiam, si opus sit, per poenas canonicas, ad satisfaciendum parti laesae. Si vero vir conversus nullum ei

dederit justum ac rationabili motivum discedendi, aut partilaesae jam satisfecerit, ac in periculo versetur damnationis aeternae, tunc hic, post formalem interpellationem, poterit ad alia vota transire; et ad mentem.—Mens est ut in dubio iudicium sit in favorem fidei.

Sequenti vero feria VI, die 28 ejusdem mensis et anni, in audiencia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita SSmus. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. *Inquis. Not.*

II

Non valet matrimonium celebratum coram parocho non proprio, ex delegatione parochi proprii, quando loco unius ex nupturientibus, ab isto designatis, alias substituitur.

Beatissime Pater:

Episcopus N. N., ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit quae sequuntur.

Joseph F. et Maria G. ambo parochiani Ecclesiae S. Sebastiani, post factas pro ipsis publicationes matrimoniales in praefata propria Ecclesia, petierunt a parocho ejusdem Ecclesiae ut facultatem ipsis faceret celebrandi matrimonium in alia paroecia, idest in paroecia S. Andreae.

Parochus illis morem gessit deditque illis litteram ad parochum S. Andreae, quibus ipsum delegabat ad benedicendum matrimonium inter duas praefatas personas expresse nominatas, idest Joseph F. et Mariam G.—Sed coram parocho S. Andreae non apparuit Joseph. F. cum Maria G., sed Georgius M. cum Maria G. ad contrahendum matrimonium.

Parochus S. Andreae, qui personaliter non cognoscebat personas, credens illos esse, de quibus in litteris delegatoriis, benedixit matrimonium inter Georgium M. et Mariam G. et

non inter Joseph F. et Mariam G., prout erat in praefatis litteris delegatoriis.

Quoniam Georgius M. timebat ne matrimonium suum cum Maria G. a parentibus impediretur si nomen ipsius apparisset in bannorum publicatione, et si personaliter se praesentasset coram proprio parocho, sic de conductu malitiose et de consensu puellae alium suffecit, idest Joseph F., pro quo factae fuerunt publications bannorum, in cuius favorem parochus dedit litteras delegatorias ad alium sacerdotem ad benedicendum matrimonium.

Eo ipso die, quo celebratum fuit hujusmodi matrimonium, parentes et consanguinei Georgii M. impedierunt ne sponsa traderetur ad domum sponsi, et statim detulerunt casum ad Curiam. Episcopus statim ordinavit separationem hujusmodi nuptorum, quousque causa examinaretur et decidetur.

Instituto igitur et facto processu ad normam Constitutionis *Dei miseratione*, Episcopus tulit sententiam contra validitatem matrimonii attentati inter Georgium M. et Mariam G., declaravitque illud invalidum esse et nullum propter impedimentum clandestinitatis. Etenim neuter sponsorum pertinebat ad jurisdictionem parochi S. Andreae, qui benedixit, seu adstitit matrimonio tantum ex delegatione. Delegatio autem data fuit illi a parocho jurisdictionem habente ad benedicendum matrimonium inter Joseph F. et Mariam G. et non inter Georgium M. et Mariam G. Delegatus vero tantam solummodo facultatem habet, quantam illi delegans communicavit.

Episcopus Orator nullum habet dubium circa sententiam a se prolatam et opinatur matrimonium in quaestione omnino invalidum esse. Verum quia aliqui Missionarii et sacerdotes contrariam habent opinionem, postulat humiliter a S. Congregatione ut ei significare dignetur utrum recte tulerit sententiam de ipsius matrimonii invaliditate.

Feria IV, die 2 Augusti 1899.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis coram Emis. et Rmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus habita, proposito supradicto casu, post diligentem accuratamque discussionem, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi. Patres rescribendum mandarunt:

Affirmative; idest sententiam Curiae Episcopalis esse confirmandam (1).

Sequenti vero feria VI, die 4 ejusdem mensis et anni, in solita audientia a SSmo. Dno. Ntro. Leone Pp. XIII R. P. D. Adssessori S. Officii impertita, SSmus. N. D. praefatam resolutionem EEmorum. ac RRmorum. Patrum adprobavit.

I. Can. MANZINI, S. R. et U. *Inquisit. Notarius.*

III

Circa usum margarinae, quae est butyrum artificiale

Feria IV, die 6 Septembbris 1899.

Huic Supremae Congregationi S. R. et U. Inquisitionis propositum fuit enodandum sequens dubium:

An liceat uti margarina (2) per modum cibi aut condimenti illis diebus, quibus usus carnium aut adipis ex carne illicitus est, licito manente usu bulyri?

Porro in Congregatione Generali ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisito-

(1) Manifesta videtur hujus decisionis ratio, ex eo quod quum agatur de delegatione non quidem generali, neque speciali, sed de specialissima, quae est strictissimae interpretationis, illa non potest extendi de casu ad casum.—N. D.

(2) Margarina, uti norunt omnes, conficitur ex adipe bovino (praesertim ex renibus et pulmonibus bovis) permixto cum oleo puro, et ad formam butyri redacto, cum priore lactis parte (fiore di latte).

ribus habita, proposito suprascripto dubio, Emi. ac Rmi. Patres respondendum mandarunt:

Affirmative facto verbo cum SSmo.

Sequenti vero feria V, die 7 ejusdem mensis et anni in solita audiencia a SSmo. Dno. Nro. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSmus. D. N. resolutio-
nem Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. *Inquisit. Notarius.*

E SACRA CONGREGATIONE RITUUM

MELPHIEN. ET RAPOLLEN

Circa anniversarium pro defuncto Episcopo

Rmus. Dnus. Joseph Camassa Episcopus Melphien. et Rapollen, sequentis dubii solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime expetivit; nimirum:

Aloysio Bovio, Episcopo Melphien. et Rapollen., qui in hac sede sua obiit anno 1847, successit Ignatius Maria Sellitti, qui, anno 1881 episcopatum abdicavit, nec ei altera sedes seu titulus alicujus Ecclesiae collatus fuit, sed appellabatur: *Jan Episcopus Melphieu. et Rapollen.* et mense Aprili, hoc currente anno, cessit e vita in patria sua. Hinc quaeritur:

Utrum anniversarium in Cathedralibus Ecclesiis celebrandum pro ultimo Episcopo defuncto fieri debeat, adhuc pro primo, seu Episcopo Bovio, vel pro altero nempe Episcopo Sellitti?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, attentis expostis, suprascripto dubio respondendum censuit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Atque ita rescripsit, die 2 Junii 1899.

C. CARD. MAZZELLA S. R. C. Praef.

L. † S.

DIOMEDES PANICI S. R. C. Secretarius,

REAL ORDEN DEL MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

SOBRE LOS DERECHOS DE LOS CATEDRÁTICOS DE RELIGIÓN
DE LOS INSTITUTOS DE SEGUNDA ENSEÑANZA EN
LA PROVISIÓN DE PREBENDAS

“Emmo. Sr.:—Vista la instancia elevada á este Ministerio por el Presbítero D. Modesto Manselle Rodríguez, Profesor de Religión en el Instituto de segunda enseñanza de esta ciudad, solicitando que el Real decreto concordando de 14 de Septiembre de 1893, complementario del de 23 de Noviembre de 1891, se haga extensivo á los Profesores de Religión de los Institutos de aquella clase; S. M. la Reina (q. D. g.) Regente del Reino, en nombre de su Augusto Hijo, de acuerdo con el informe del M. Rvdo. Nuncio Apostólico, se ha servido declarar que los mencionados Profesores de Religión de los Institutos tienen los mismos derechos que el repetido Real decreto de 23 de Noviembre de 1891 determina en su artículo 12 para los demás Profesores de dichos Institutos. Lo que de Real orden tengo el honor de anunciar á V. Emcia., á fin de que se sirva hacerlo llegar á conocimiento del interesado. Dios guarde á V. Emcia. muchos años. Madrid 26 de Diciembre de 1899.—*Conde de Torreanaz.*—Sr. Cardenal Arzobispo de Santiago.”

NECRÓLOGÍA

El día 4 del corriente falleció el Presbítero D. Victoriano Fuertes Gorgojo, Cura párroco de Cabeza de Framontanos, en este Obispado. Pertenecía á la Hermandad de Sufragios Espirituales, por lo cual los señores socios se servirán aplicar una misa y rezar tres responsos en sufragio del alma del finado.—R. I. P. A.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 4